S.I

85-55

Dilecto filio Bernardo de Pons et de Turell Clerico
Barchinonen. seu alterius Civitatis vel Dioc.

Conzed.a en 24 de Abril de 1634 p.r Urbano Octavo sup.r immixt.e in criminalibus spa-tio trieny =

N. 45 lio. de la B.s

Con.dos de Rob.s Privi. n 45

GOBIERNO DE ARAGON

# URBANUS PP. VIII

Dilecte fili salutem et apostolicam benedictionem. Cum sicut Nobis nuper exponi fecisti tu, qui ut asseris pensionem annuam centum et quinquaginta scutorum monetae Hispaniarum super mensae Episcopalis Ilerden. fructibus, red. et proventibus apostolica tibi
auctoritate reservatam percipis, et in iudicem criminalem Principatuum Cataloniae, Rosilionis et Ceritaniae a Carissimo in Christo filio nostro Philippo Hispaniarum Rege Catholico deputatus existis, ratione muneris Iudicis
huiusmodi in negocijs, et causis criminalibus immiscere oporteat, id vero tuta conscientia, et absque irregularitatis incursu facere posse summopere desideres. Nos te praemissorum meritorum tuorum intuitu specialibus favoribus et gratijs prosequi
volentes, et a quibusvis excom., suspen., et interdicti, alijsque ecclesiasticis sent., cens., et poenis a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis si quibus quomodolibet innodatus existis ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et
absolutum fore censentes supplicationibus tuo nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati. Tibi ut ad triennium proximum tantum, et interim durante officio Iudicis huiusmodi, illiusque ratione, et occasione tantum in negocijs, et causis
criminalibus quibuscunque quoties opus fuerit te immiscere, et in eis consilium, mandata, et iussiones tam verbo, quam in scriptis dare, et debitae executioni demandare, seu demandari facere, etiamsi sanguinis effusio, membrorumque
mutilatio, seu etiam mors inde sequatur libere et licite, ac absque irregularitatis, vel alterius poenae ecclesiasticae incursu possis et valeas, dummodo tamen a sententia in causa sanguinis per te ipsum ferenda omnino abstineas, apostolica auctoritate
tenore praesentium concedimus et indulgemus. Non obstantibus Constitutionibus et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrarijs quibuscunque. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris Die XXIV Aprilis M.D.CXXXIV

Pontificatus Nostri Anno Undecimo

M. A. Maraldus

Dilecto filio Bernardo Pons et Jerell Clico seu
Laico Barchinonen. Civitatis vel Dioc.
Sobre immixcción en criminalibus por espacio de 5 años, conzed.a por Urbano Oct.o en 30 de Agosto de 1636

64

N. 46 lio. ~~de la~~
3

Con.do de Robres Priu.
Nu: 46

69

# URBANUS PP. VIII.

Dilecte fili salutem et apostolicam benedictionem. Cum sicut nobis nuper exponi fecisti, tu qui ut asseris Charissimi in Christo filii nostri Philippi Hispaniarum Regis Catholici in Principatu Cathaloniae Consiliarius existis, ratione mu-
neris Consiliarii huiusmodi in negociis et causis criminalibus immiscere oporteat, tu vero id licite et absque ullo censurarum ecclesiasticarum, aut irregularitatis incursu facere posse summopere desideres. Nos conscientiae tuae securitati
in praemissis quantum cum Domino possumus benigne consulere, teque specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis a iure vel ab homine
quavis occasione vel causa latis si quibus quomodolibet innodatus existis ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes et absolutum fore censentes. Supplicationibus tuo nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati.
Tibi ut ad Quinquennium proximum et interim munere Consiliarii huiusmodi durante, illiusque ratione et occasione dumtaxat in negociis et causis criminalibus quibuscumque quoties opus fuerit te immiscere, ac in eis consilium, man-
data et iussiones tam verbo quam in scriptis dare, et debitae executioni demandare, seu demandari facere, etiamsi sanguinis effusio, membrorumque mutilatio, seu etiam mors inde sequatur, libere et licite, ac absque ullo
censurarum ecclesiasticarum, aut irregularitatis incursu possis et valeas, dummodo tamen a sententia in causa sanguinis per te ipsum ferenda omnino abstineas apostolica auctoritate tenore praesentium concedimus et indulgemus. Non obstantibus Constitutionibus et
ordinationibus apostolicis caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris Die XXX Augusti MDCXXXVI
Pontificatus Anno Decimoquarto.

M. A. Maraldus

S.I/85-55



Dilecto filio Bernardo Pons clerico Barcinonen.
seu alterius Civitatis vel Dioc.

Sup. commat. in cxri-
monalibus triennij-
spatio P. Urbano 8.vo
en 6 de Agosto de 1638

N48. f. 10. ~~2 de 1638~~
3

Condo de Rel.s
Pzir.1
Reu. 18.

+
... ſeu ... no incor-
rit irregularitate

792

# VRBANVS PP. VIII.

Dilecte fili salm et aplicam ben. Cum sicut nobis nuper exponi fecisti, te qui ut asseris in causis Ciuilib. Regiae Audientiae Principatus Cathaloniae in Ciuitate Barcinonen. Iudex deputatus exis, rone muneris Iudicis
hmoi in negocijs et caus criminalib. immiscere oporteat, tu uero id licite et absq. ullo censurar. eccliar. aut irregularitatis incursu facere posse summopere desideres, Nos conscientiae tuae securitati in praemissis quantum cum Deo possu-
mus benigne consulere, teq. specialib. fauorib. et gratijs prosequi uolentes, et a quibusuis excom. suspen. et interdicti, aliisq. eccliis sniis cens. et poenis a iure uel ab hoie quauis occone uel causa latis si quib. quomodolib. innodatus exis ad effectu
praesentium dumtaxat consequen. harum serie absoluentes et absolutum fore censentes. Supplicationib. tuo noie nobis super hoc humilr porrectis inclinati, tibi ut ad triennium proximum, et interim Iudicis hmoi offo durante, illiusq. ratione
et occone dumtaxat in negocijs et caus criminalib. quibuscumq. quoties opus fuerit te immiscere, ac in eis consilium mandata et iussiones tam uerbo quam in scriptis dare et debitae executioni demandare seu demandari facere, etiamsi
sanguinis effusio, membrorumq. mutilatio seu etiam mors inde sequatur, libere et licite, ac absq. ullo cens. et poenar. eccliar. aut irregularitatis incursu possis et ualeas, dummodo tn a snia in ca sanguinis per teipsum ferenda omnino
abstineas aplica auctte tenore praesentium concedimus et indulgemus. Non obstan. Constitutionib. et ordinationib. aplicis, caeterisq. contrarijs quibuscumq. Dat. Romae apud S. Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris Die VI
Augusti MDCXXXVIIJ Pontificatus Nri Anno Decimosexto.

M. A. Maraldus

GOBIERNO DE ARAGON

S. I 85-55



Dilecto filio Bernardo de Ponz clico Barchinonen
seu alterius civitatis vel Dioc., concedida en 16 de Henero
de 1657 p. Alexandro 7mo sup. immixt. in criminalibus spatio quinquenij sine irregularitate incur
re

N50. lig. 2. deta B = Con. de Robres
N. 50

# ALEXANDER PP VII

Dilecte fili salutem et apostolicam benedictionem. Cum sicut Nobis nuper exponi fecisti te qui ut asseris carissimi in Christo filii nostri Philippi Hispaniarum Regis Catholici in Supremis Consiliis Aragonum et Cruciatae Sanctae Consiliarius existis, in negotiis et causis criminalibus quae in dictis Consiliis pertractari consueverunt immiscere, proptereaque tibi ut infra indulgeri summopere desideres. Nos conscientiae tuae securitati quantum cum Domino possumus benigne consulere, teque specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, tibi ut ad quinquennium proximum dumtaxat, et interim durante Consiliarii munere huiusmodi, illiusque occasione tantum in negotiis, et causis criminalibus quibuscumque quoties opus fuerit te immiscere, ac in eis consilium, mandata, et iussiones tam verbo, quam in scriptis dare, et debitae executioni demandare, seu demandari facere, etiam si sanguinis effusio, membrorumque mutilatio, seu etiam mors inde sequatur libere et licite, et absque ullo censurarum ecclesiasticarum, aut irregularitatis incursu possis, et valeas, dummodo tamen a sententia in causa sanguinis per te ipsum ferenda omnino abstineas apostolica auctoritate tenore praesentium concedimus, et indulgemus. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem, Sub Annulo Piscatoris Die xvij Januarij, MDCLvij. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

S. Gualterius